UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

¶Secundo ad idem adduco doctrinã Bar.in l.1.§. qui habebat ff.de bonor.poſſeſſ.ɔ̃ tabu. qui uoluit,
2 † ꝙ ſi ille,qui eſt remotior me, & qui excludit eũ, qui excludit me,non ſuccedat in locũ eius,quẽ ex cludit,ſed ſuccedat,quia habeat potentius ius in ſucceſſione,tunc ego non excludor à ſucceſſione, exemplũ in caſu noſtro,per ſtatutũ patruus, qui eſt remotior me fratre uterino,excludit matrem,q̃ tñ excludit me.auth.defuncto C.ad tertull.& patruus qui excludit matrem,non ſuccedit in locum matris,ſed ſuccedit,quia habet potẽtius ius in ſucceſſione,tunc patruus,qui excludit matrem, non debet me fratrem uterinum excludere, ita colligitur ex uerbis Bartoli in dict.l.1.§.qui habebat.¶His tñ
3 non obſtantib.ɔ̃rium puto uerius eſſe,† ꝙ patruus, qui ex forma ſtatuti excludit matrem,à fortiori debeat excludere fratrem uterinum, & ad hoc dicendum moueor in primis ex illa regula vulgari ſi uinco uincentẽ te,multo magis uinco te, ut not. in l. aſſiduis C.qui potio.in pigno.habeã.l.de acceſſionibus ff.de diuer.& temp.præſcrip. ſed patruus uincit matrem,ſtante ſtatuto,& mater uincit fratrem uterinum d.auth.defuncto,ergo à fortiori patruus uincet fratrem uterinum.¶Secundo moueor arguendo ex identitate rationis,quæ eſt unica, & ɔ̃ñr
4 hr̃ pro expreſſa,† videlicet fauor , & conſeruatio agnationis,nam fauore agnationis inductũ fuit vt patruus,& alij agnati excludant matrem,& alios ꝑ lineam fœmininam,ut uoluit Bal.in l. maximũ uitium C.de lib.præt.& in l.eã q̃ C.de fideic. Sed hæc rõ ita pariter militat in fratre uterino, ſicut in matre,ergo ſicut mater à patruo excluditur,ita debet
5 excludi frater uterinus: † & q̃uis ſimus in correctorijs,nihilominus ex identitate rationis,q̃ eſt expreſſa,uel q̃ hr̃ pro expreſſa,ex quo eſt unica, debet fieri extenſio,arg.eorum,q̃ uoluit glo.in clemen. 1.de electio.in auth.ut hi qui habent in prin.gl.& doct. in c.1.de rerũ permuta.in 6.Anto.de But.in c.fi. de conſuetud.Alex.in conſ.284. in 2.uolu.& in conſi.
6 52.in 4.uolu.¶Tertio † ex quo per ſtatutum excluditur mater à patruo,debent ẽt excludi oẽs,qui dependent ab ipſa matre,in quib.militat eadem ratio, quæ militat in matre,quia excluſa radice debent ẽt excludi oẽs,qui à radice infecta dependent,ut colligitur in ſimili ex ijs,quæ uolũt doc.maximè Bar. in l.liberorũ in 9.col.uerſi.quæro pone,ꝙ quis ff.de uerb.ſigni.cũ ſequenti uerſi.& Bald.in d.l.maximũ uitium in 1.col.C.de liberis præteritis,qui uolunt, ꝙ ſi filia à ſtatuto excludatur ꝑꝑ filios maſculos,dicentur ẽt excludi nepotes ex filia, tanq̃ uenientes à radice infecta,& q̃a in illis militat eadẽ ratio ſtatuti excludentis,ergo per patruum debet excludi frater uterinus,qui deſcendit à matre, q̃ excluditur ꝑ patruum,& ita in terminis,& in indiuiduo in caſu noſtro uoluit Paul.de Caſt.& ſequitur Alex. in l.illam C.de colla.qui exemplificant propriè in caſu noſtro,qñ ſtatutũ excludit matrẽ exiſtente patruo, ꝙ ẽt excludetur fratre uterinus ꝑꝑ patruũ, ex quo frater uterinus deſcẽdit à matre, & ſic à radice infecta,& pro hac deciſione facit,ꝙ uoluit Bart.in l.ſi
7 ue ingenua §.uidendum ff.ad tertull. qui dixit, † ꝙ ſi ſtatutum excludat matrẽ extantib.agnatis, dicet̃ ẽt excluſus auus maternus,q̃uis ſtatutũ non loquat̃ de eo,tum quia in eo militat eadem ratio,q̃ in matre,tum quia auus maternus eſt remotior,q̃ ſit mater,& ipſe à matre excluditur;Nec obſtat tex. in d. §.videndum,ubi excluſa matre,non cenſentur ex-
8 cluſi alij ſequentes in gradu , † qm̃ rñdetur, ꝙ ille tex.loquit̃,qñ mater eſſet excluſa à ſucceſſione nõ alicuius contemplatione;ſed in caſu noſtro mater excluditur à ſtatuto contẽplatione patrui, & agnationis conſeruandæ,ut ſupra,ergo ẽt dicetur excluſus ille,qui à matre deſcendit, tanq̃ à radice infecta,cum in eo militet eadem ratio excluſionis,ita colligitur ex uerbis Bar. in d.§.uidendum : & hæc eſt uerior opinio,q̃ ſequitur Alex.in d.l.illam,& eã ibi corroborat poſt Pau.de Caſt.qui dicũt,ꝙ ſi ꝑſona non ſpecificata à ſtatuto excludente matrẽ ꝑꝑ patruum erat coniuncta defuncto per matrẽ tm̃,ut quia niſi fuiſſet mater,nõ fuiſſet talis perſona coniuncta defuncto,ut eſt auia materna,item ut eſt frater uterinus tm̃,quæ perſonæ de iure cõi excluderent patruũ à ſucceſſione ab inteſtato, iuxta tex. in d.auth.poſt fratres la 1.& in d.auth.defuncto,tũc tales perſonæ excluduntur à patruo,ſicut mater excluditur,ſiue extet mater,ſiue non,quia excluſa radice excluduntur omnes,qui ab ea depẽdent.¶Et ſequendo hanc opinionẽ,q̃ ueriorem puto in puncto iuris,ſupereſt,ut rñdeam adductis ſupra in ɔ̃riũ & in primis non obſtat,ꝙ ſtatutum non comprehendit uterinũ fratrem,& ſic dr̃ caſus omiſſus, ergo &c.Quia rñdetur,ꝙ q̃uis expreſsè,ſeu ſub uerbis expreſſis frater uterinus non comprehendatur, tñ debet excludi à ſucceſſione,ex quo mater, quæ eſt proximior,excluditur,tanq̃ frater uterinus proueniat à radice infecta,ut dixi,& colligitur ex ijs,q̃ uoluit Alex.in d.l.illam,& Bar.in d.§.uidendũ:Præ-
9 terea † hic caſus põt dici non omiſſum;ex quo cõprehenditur ex identitate rationis,tũ quia rõ,quare per ſtatutũ excluditur mater, vcȝ fauor, & conſeruatio agnationis,quæ rõ hr̃ pro expreſſa, q̃a eſt unica,ut dixi,militat ẽt in fratre uterino, per quẽ non conſeruatur agnatio,q̃a eſt cognatus, ut hr̃ in d.auth.poſt fratres;& id,qđ uenit, & comprehenditur ex identitate rationis,non dr̃ comprehendi per modum extenſionis,ſed ex ui uerborũ legis l.nominis,& rei §.uerbũ ex legib.ff.de verb.ſignifi.Nõ obſtat doctrina Bar.in d.l.1.§.qui habebat.ff.de bono.poſſeſſ.ɔ̃ tabulas,quia rñdetur,ꝙ in caſu noſtro, qñ mater excluditur a ſtatuto ꝑꝑ patruũ , tunc dr̃ excludi contemplatione patrui , adeò qđ acquirit̃ patruo,qui in locũ matris dr̃ ſuccedere,ut colligit̃ ex ijs,q̃ uoluit Bar.in d.§.uidendum : quo caſu ſequitur,ꝙ ſicut mater excluditur ꝑꝑ patruũ , ita ẽt excluditur frater uterinus, qui à matre de iure cõi excludebatur,per ea,quæ uoluit Bar.in dict. §.qui
10 habebat.¶Præterea † Bart.ibi loquitur,qñ perſona de cuius excluſione agebatur,non deſcendebat à perſona excluſa à ſtatuto,& ſic à radice infecta, ut clarè põt colligi ex eius uerbis,& ideò ſto cum prędicta concluſione,ꝙ in caſu noſtro ſicut mater per ſtatutum excluditur ꝑꝑ patruũ, ita debet excludi frater uterinus,qui tm̃ à matre deſcendit, & præſertim cum adhuc mater extet,& ſuperuiuat , & hoc per doctrinã Ange.in d.l.illã C.de colla.qui uoluit in terminis noſtris,ꝙ qñ ſtatutum excludit matrẽ ꝑꝑ patruũ,dicatur ẽt excludere remotiores in gradu,puta deſcendentes à matre tm̃,alioquin ſequeretur abſurdum,ꝙ remotior in gradu, qui eſſet de eodẽ capite cognatorum,ſuccederet, & mater,q̃ eſſet proximior,excluderetur, quod eſſet abſurdũ argumento tex.cum ibi nota.in auth.poſt fratres la 2.C.de legit.hæred.ubi ad ſucceſſionẽ ſemꝑ prius ſunt uocãdi proximiores,& qui loco proximiorũ ſunt,& non remotiores. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Paciſci qñ liceat de futura ſucceſſione,& hæreditate alicuius.*
2 *Mulier nupta extra territoriũ originẽ nõ mutat quoad ea, q̃ illã ab obſequijs uiri non abſtrahũt,et quoad hæc ſtatutis ſuę originis ligat̃:Et an,et q̃uo hoc ꝓcedat quoad ſucceſſionẽ.n.11.*
3 *Succeſſio inteſtati quoad bona ſita in loco domicilij fit ſecundũ ſtatuta locis domicilij defuncti,& non loci originis.*

Mulier

4 *Mulier nupta extra territorium mutat domicilium, & efficitur de domicilio uiri, illudq; etiam uidua retinet.*

5 *Statutum, per quod, excluſis filiab. filij maſculi admittuntur, non habet locũ quoad bona extra territorium poſita, præſertim ſi defunctus extra illud in loco ſui domicilij mortuus ſit.*

6 *Statutum filias fœminas excludens, & ſolum maſculos uocãs dicitur rigoroſum, & contra ius commune, ut non comprehendat, niſi caſus expreſſos.*

7 *In ſucceſſione inteſtata alicuius decedentis in loco ſui domicilij, ubi eſt ciuis, & onera ſubſtinet, ſeruantur ſtatuta, & cõſuetudines illius loci, maximè ſi ibi omnia ſua bona haberet.*

8 *Mulier origine puta Veronenſis nupta Brixiæ, et tpe dotis datæ ſtipulata dotẽ ſibi, hæredibusq; ſuis, ſeu cui, uel quib. ius, et euentus dederit dictæ dotis reſtituendæ ſm formã iuris, et ſtatutorũ Veronæ, ſi ab inteſtato deceſſerit Brixiæ, quid operentur illa uerba ſm formam iuris, et ſtatutorum Veronæ.*

9 *Interpretatio ſemper fieri debet, ne reſultet abſurdum, & iuris correctio, et potius ut diſpoſitio facta ſit, & ualeat ſecundum regulas iuris communis, quam ſecundum ius ſpeciale.*

10 *Clauſula in fine poſita ſolum ad proxima refertur, quando aliter iuris correctio, & abſurdum reſultaret.*

EPITOME.

MVlieri nupta extra locum originis, & defunctæ in loco domicilij ſucceditur ſecundũ ſtatuta loci domicilij, in quo deceſſit, bona, & domicilium habuit, oneraq; ſubſtinuit, non autem ſecundum ſtatuta loci originis, in quo nec deceſſit, nec bona, nec domicilium habuit.

CONSILIVM CLIIII.

SVper dubitatione inter partes nunc orta,
ſtante themate mihi exhibito, quã breuiſ-
ſimè potero, quid mihi iuris eſſe videatur,
exponam. Et primo quidem congreſſu videretur.
dicendum D. Tarſiam fore excludendã à ſucceſſio
ne D. Liſettæ eius matris, ſoloſq; filios maſculos eſ
ſe ad illam admittendos, plurib. de cauſis; Prima
eſt, quia tpe datæ, & cõſtitutæ dotis D. Liſetta fuit
ſtipulata dotẽ in caſu reſtitutionis illius ſibi ſuiſq;
hæredib. debere reſtitui, ſeu cui, uel quib. ius, & euẽ
tus dederit dictæ dotis reſtituẽdæ, ſm formã iuris,
& ſtatutorum cõis Veronæ &c. ut latius in inſtro
dictæ dotis continetur: Sed ex ſtatutis Veronæ cau
tũ reperitur, ꝙ ad ſucceſſionem matris ab inteſtato
ſolum filij maſculi excluſis filiab. admittantur, ut
in ipſis exprimitur, ergo &c. ¶ Secunda ratio eſt,
1 † nam ꝗuis paciſci non liceat de futura ſucceſſio-
ne, & hæreditate l. fi. C. de pactis, l. ſtipulatio hoc mo
do cõcepta ff. de uerb. oblig. c. 2. de cõceſſ. præben.
tñ ſi is, de cuius ſucceſſione agitur, cõſentiat, ualet
conuentio, ẽt ſi per eam aliter illi ſuccedatur, ꝗ ius
cõe, & diſpoſitio legalis expoſcat, ut in locis p̃miſ-
ſis oẽs ſcriben. poſt gl. cõſentiunt: Idẽ ergo & mul-
tò magis erit dicendũ, qñ is, de cuius ſucceſſione
agitur, conuenit, ut ad certa ſua bona tm̃ admittan
tur aliqui eorũ omnium, qui de iure ab inteſtato
ſimul erant admittendi, ut colligitur ex dictis ſcri
bentium in locis præallegatis, & eſt bonus tex. ubi
gl. & doct. examinant in l. ſi ita quis. §. ea lege ff. de
uerb. oblig. Vnde poſito, ꝙ nulla facta conuentione
filij, & filiæ ſimul, & æqualiter ad ſucceſſionẽ d. D.
Liſettæ fuiſſent admiſſi ex diſpoſitione ſtatutorũ
cõis Brixiæ, ꝗ ad bona materna filios, & filias pari-
ter uocant, tñ cum D. Liſetta ſpãliter fuerit ſtipula
ta dotem debere reſtitui illis, quib. ſm formam ſta-
tutorũ Veronæ eſſet reſtituẽda, quoad dotẽ ipſam
filij tm̃ debebunt admitti, excluſa filia, quia ſic di-
ctant ſtatuta Veronæ. ¶ Tertia ratione idem ſimili
2 ter vr̃ eſſe concludendum, qm̃ † mulier licet extra
territorium, & locum ſuæ originis ſit nupta, non
tñ ſuam originem mutat quoad ea ꝗ illam à uiri
obſequijs non abſtrahunt: & ideò quoad ea ſtatu-
tis ſuæ originis ligatur, ut ſingulariter dixit Bar. in
l. fi. §. idẽ reſcripſerunt ff. ad municip. qđ dictum ex-
tollit Salic. in l. 1. in ult. col. C. de ſumma trin. & fide
catho. Sed D. Liſetta origine Veronenſis nupta fuit
extra territoriũ ſuum in ciuitate Brixiæ, & diuer-
ſo modo circa ſucceſſionẽ bonorũ maternorum
ſtatuta utriuſq; ciuitatis diſponũt, ergo quoad hoc
ſtatuta Veronæ, & non Brixiæ ſeruanda erunt, cũ ſi
mus in ijs, quæ mulierem ab obſequijs matrimonij
non abſtrahunt: & ꝯñr ad eius ſucceſſionem ſolum
filij maſculi erunt admittendi, excluſa filia, ſm qđ
ſtatutis Veronæ cauetur. ¶ Quib. tñ non repugnan
tib. ꝯ̃rium de iure eſſe uerius arbitror, ꝙ d. D. Tarſia
ad bona materna æqualiter admittatur unà cum fi
lijs maſculis iuxta formam, ſeu diſpoſitionẽ ſtatu-
torum Brixiæ, quæ hoc in caſu ſeruãda ſunt: Quod
eſſe uerum, multifariã demonſtro, & in primis hoc
3 pacto. † Quoad bona ſita in loco domicilij ſucceſ
ſio inteſtati fit ſm ſtatuta loci domicilij defuncti,
& non originis, vt uoluit Bal. in auth. omnes pere-
grini C. cõia de ſucceſſ. in uerſ. itẽ nota, & hæc eſt
cõis opinio ſcribentiũ in l. 1. C. de ſumma trin. &
fid. catho. Sed D. Liſetta, de cuius ſucceſſione inte
ſtata agitur, habuit domicilium in ciuitate Brixiæ,
4 licet origine fuerit Veronenſis, qm̃ † licet mulier
extra territorium nupta non mutet originem, tñ
domicilium mutat, & efficiť de domicilio uiri l.
ea, ꝗ cũ ibi no. ff. ad munic. illudq; idẽ retinet, dum
eſt uidua l. filij §. uidua ff. ad munic. neq; hoc dene-
gat, ſed admittit Bar. in d. l. fi. §. idem reſcripſerunt,
& facit tex. in l. de iure §. 1. ff. eod. tit. ad municip. Itẽ
omnia bona, quæ d. D. Liſetta mortis tpe habuit,
ſita erant in territorio Brixienſi, & non alibi, vt mi
hi in facto præſupponitur; ergo quoad eius ſucceſ-
ſionem ſeruanda erunt ſtatuta Brixiæ, non aũt Ve
5 ronæ. ¶ Secundo hoc ẽt ſuadetur, † nam ſtatutũ,
per qđ excluſis filiab. filij maſculi admittuntur, nõ
habet locum quoad bona extra territoriũ poſita,
& præſertim ſi defunctus extra illud in loco domi
cilij mortuus ſit, ut uoluit Bar. in l. cũctos populos
in 6. q. in uerſ. . & ego dico. C. de ſumma trin. & fid.
catho. & Alex. in conſi. 128. in 6. uol. ſed d. D. Liſetta
defuncta eſt extra territorium Veronæ, & extra il-
lud omnia bona, ſua habebat, ergo ſtatutum Vero
næ quoad eius bona locũ non habebit. ¶ Tertio
pondero uerba ſtatuti Veronenſis, cuius diſpoſitio
vr̃ fundata in ſupportatione onerũ cõis Veronæ,
vz ut filij maſculi filiab. præferantur, pro ſubſtine-
dis onerib. cõis Veronæ, ut ibi in dicto ſtatuto pro
cõſeruandis domib. & onerib. cõis Veronæ, ex qui
bus uerbis colligitur cã finalis ſtatuti, argum. l. fi. ff.
de hæred. inſtit. cũ ſimil. At filij d. D. Liſettæ onera
non cõis Veronæ, ſed Brixiæ ſubſtinẽt, nam quoad
originem, & domiciliũ proprium ſunt Brixienſes,
& Brixiæ onera ſubſtinent, ut in facto præſupponi
tur, ergo quoad eos non ſtatutum Veronæ, ſed Bri
xiæ locum habebit, ex quo ceſſat ratio, & cauſa ſta
tuti Veronenſis. c. cum ceſſante de appellat. l. adige
re. §. ꝗuis ff. de iure patron. cum alijs. ¶ Et hæc con-
6 firmantur ẽt, quia † ſtatutum, per qđ filia fœmina
excluditur, & ſolum filij maſculi uocantur, dr̃ eſſe
rigoroſum, & ꝯ̃ ius cõe, argu. l. maximum uitium
C. de lib. præter. Bal. in authen. res quæ. C. commu-
nia de lega. in pen. col. uerſi. quæro ſtatutum &c. ita,
ut non comprehendat, niſi caſus expreſſos, Bal. in l.
ſi defunctus, & in l. fi. C. de ſuis, & legit. & in l. illam
C. de collat. & Bar. in l. omnes populi in 6. q. princip.
ff. de iuſtitia, & iure, ergo cum ſtatutum Veronæ
præferat filios maſculos filiabus fœminis ratione

onerum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

onerum communis Veronæ ſubſtinēdorum,non,
habebit locū,qn̄ eſſemus in caſu,in quo filij maſcu
li non ſubſtinerent onera cōis Veronæ, vt quia eſ-
ſent alterius originis,& domicilij, & ↄ̃nr ſtatutum
illud ſolum vr̃ factum quoad eos, qui onera Vero-
næ ſubſtinent,& ↄ̃nr qui ſunt de origine,& domici
lio illius ciuitatis iuxta tex.cum ibi not.in l. & qui,
ubi bona gl.ff.de munerib.& honorib.¶ Quarto ita
arguitur,ſi † quis decedit in loco ſui domicilij,& in
loco cuius eſt ciuis,cuiuſq; onera ſubſtinet, quo-
ad ipſius inteſtati ſucceſſione ſeruantur ſtatuta, &
conſuetudines illius loci, & maximè ſi ibi oīa ſua
bona haberet, qm̄ cum defunctus domicilij locū
non mutauerit,iuris præſumptione dr̃ uoluiſſe mo
ri ſm loci illius legem, & ad illum eius bona ab in
teſtato peruenire debent,ad quem lex,& ſtatutum
loci,in quo eſt ciuis,habetq; domicilium,uult per-
uenire:ut ſic quod operatur uoluntas expreſſa te-
ſtati ſm ſtatutum,& priuilegium ſuæ patriæ, ad l.ſi
non ſpeciali,l.oīum,& l.fi.C. de teſt. idem operetur
tacita uoluntas ab inteſtato morientis, arg.l.ſi quis
cum nullum,& l.conficiuntur.ff.de iure codic. & l.
1.§.fi.ff.de leg.3.& ꝙ eius tacita uoluntas ſm ſtatu-
tum,& legem patriæ,ac loci, in quo defunctus do-
micilium habuit,oneraq; tāquam ciuis ſubſtinuit,
& non ſm aliam legem,aliudq; ſtatutum ſit intelli-
genda,ꝓbatur ex eo, ꝙ oēs domicilium habentes
tanquam ciues ēt ſi in condendo legem illam præ-
ſentes non fuerunt,tn̄ illi conſenſiſſe fingūtur, arg.
l.de quibus.ff.de legibus. Ergo ex quo de contraria
uoluntate mutata non apparet,dr̃ in morte,& uſq;
ad mortem in ea perſeueraſſe, & ſm illam mori uo
luiſſe,quæ rō vr̃ inconuincibilis ſm Sal.in d.l.j.in fi.
antepe.col.ꝙ quidem nobis optimè in ſeruit.¶ Re
ſpondendo nunc ijs, quæ primo loco ex aduerſo
deducta fuerunt,non obſtat in primis,ꝙ D.Liſetta
tpe datæ dotis fuerit dotem ſtipulata ſibi, hæredi-
busq; ſuis,ſeu cui,uel quib.ius, & euentus dederit
dictæ dotis reſtituendæ ſm formam iuris, & ſtatu-
torum cōis Veronæ &c. Quia dupliciter primo re
ſponderi pōt,ꝙ † hæc ſtipulatio duas habet partes
alternatiue poſitas,primam,ꝙ ſtipulata fuit ſibi,hę
redibuſque ſuis ſimpliciter,ſecundam alternatiuè,
ꝙ ſtipulata fuit illi,ſeu illis,cui,vel quib.ius,& euen
tus dederit dictæ dotis reſtituendæ ſm formam iu
ris,& ſtatutorum Veronæ:Secundum primam uo-
cantur hæredes ſimpliciter,ſm aliam uocantur il-
li,quib.dos deberet reſtitui iuxta formam ſtatuto-
rum Veronæ,alternatiuè tn̄.Sed hæredes D.Liſettæ
ſunt oēs eius filij maſculi,& filiæ fęminæ equaliter,
nam cum ipſa in ciuitate Brixiæ domicilium ha-
buerit,eiuſque facta ſit ciuis,illi ſuccedi debuit ſm
formam ſtatutorum Brixiæ, quæ pariter uocāt ma
ſculos,& fœminas ad bona materna per prædicta:
ergo ex quo D.Liſeta ſtipulata fuit ſibi,hæredibuſ-
que ſuis ſimpliciter,cenſetur ēt fœminis ſtipulata.
Nec illa uerba ſm formam iuris, & ſtatutorū cōis
Veronæ ſunt referenda ad primam partem alterna
tiuæ,alioquin ſic intelligendo fieret interpretatio
ↄ̄ regulas iuris cōis,ꝙ uult maſculos,& fœminas ſi-
mul admitti.l.maximum uitium.C.de lib. præt. cū
ſimilibus:ſed ad proximè dicta ſolum ſunt referen-
da,qūo intelligendo ſeruatur diſpō iuris cōis,quia
maſculi,& fœminæ ſimul ad ſucceſſionem d.D.Li
ſettæ admittuntur:† & ſemper facienda eſt interpre
tatio,ne reſultet abſurdum, & correctio iuris c. cū
expediat de elect.in 6.cum ſim.& potius fieri debet
interpretatio,vt diſpō facta ſit,& ualeat ſm regulas
iuris cōis, q̃ ſm ius ſpeciale, & ſingulare.l.ſi qn̄.C.
de inoffi.teſta.nam res facile ad ſuam naturam,hoc
eſt ad ius cōe redit.l.ſi unus.§.quod ſi non ff.de pa-
10 ctis cum aliis ibi not.Præterea † clauſula in fine po
ſita non refertur ad oīa præcedentia,ſed ad proxi-
ma tm̄,qn̄ aliter intelligendo iuris correctio, & ab-
ſurdum reſultaret,vt colligitur ex not.per Bar. in l.
talis ſcriptura ff.de leg.1.cum ſimil.ergo clauſula il
la ſm formam iuris,& ſtatutorum cōis Veronæ ſo
lum eſt referenda ad proximam partem alternati-
uæ,& non ad primam,quia ſic intelligendo minus
læditur ius cōe per ſupradicta. Vel ſecundo pōt re-
ſponderi, poſito, ꝙ illa uerba ſm formam iuris,&
ſtatutorum poſſent referri ēt ad primam partem al-
ternatiuæ tn̄ dico,ꝙ ſunt intelligenda, ſm ꝙ uult,
atque diſponit ſtatutum Veronæ, ſed ſtatutū illud
uult filios maſculos debere præferri fœminis pro
ſubſtinendis oneribus cōis Veronæ, ergo ubicun-
que filij maſculi non ſubſtinerent hæc onera tàm
realia,quam perſonalia,ſolum filij maſculi non eſ-
ſent præferendi,ſed ſeruanda foret diſpoſitio iuris
cōis,uel ſtatuti Brixiæ,quæ idem quoad bona ma-
terna diſponit,quod ius commune: Et ideò ſtatu-
tum Brixię in hoc potius dr̃ eſſe ius cōe,quam mu
nicipale,arg.not.in c.1.de conſtit. in 6. Et ſtatutum
pręferens maſculos fœminis debet ſtrictiſsimè in
caſu tm̄ ſuo expreſſo intelligi, vt ſupra dictum fuit.
Et ex his patet quoq; reſponſum ſecundæ rōni ſu-
pra ex oppoſito adductæ. ¶ Non obſtat tertia rō,
quę multum pro contraria parte uidebatur ſtrin-
gere,dum dr̃,ꝙ licet mulier ſit nupta extra territo-
rium,& locum ſuæ originis, tn̄ propriam originē
non mutat,& ideò ſtatutis loci ſuę originis ligatur
per not.per Bar.in d.l.fi.§.idem reſcripſerunt,& per
Sal.in d.l.1.in ult.col.C.de ſumma trini. & fid. cath.
11 † Quia,vt ſupra fuit oſtenſum, ſucceſſio defertur
per ſtatutum loci,in quo defunctus ciuilitatem, &
domicilium propriam contraxit,ſi in illo deceſſit,
vt iam concluſum fuit, præſertim qn̄ extra locum
ſuæ originis in loco domicilij bona ſua habuit per
prædicta.Præterea Barto.& Sal. in locis allegatis lo-
quuntur de filia nupta extra locum ſuæ originis,
quæ ligatur ſtatuto ſuæ originis quoad ipſam ex-
cludendam à ſucceſſione paterna,extantib.fratrib.
maſculis,vt quia in loco originis eſſet ſtatutum, ꝑ
ꝙ filiæ fœminæ,extantib.maſculis, excluderentur,
& filia eſſet extra territorium,& locum originis nu
pta,quæ poſt mortem ſui patris uellet unà cū ma-
ſculis ſuccedere,non obſtante ſtatuto originis, tan
quam eo non ligaretur,ex quo domicilium muta-
uit,nam hoc in caſu filia excludetur à ſucceſsione
ꝑꝑ maſculos ſm ſtatutum originis:& ita declarat,
& loquitur Sal.in d.l.1.in ult.col.per not.per Bar. in
d.l.fi.§.idem reſcripſerunt.Vnde infertur, ꝙ quoad
excludendam filiam à ſucceſsione paterna ꝑꝑ fi-
lios maſculos ſeruandum eſſet ſtatutum originis,
& loci,in quo pater deceſſit,& non ſtatutum domi
cilij filiæ nuptæ. Quare cum in caſu nr̃o tractetur,
an D.Liſettæ defunctæ ſuccedendum ſit ſm ſtatu-
tum loci ſuæ originis,in quo non deceſſit, nec ha-
buit bona,nec onera ſubſtinuit, nec domicilium
ēt habebat, an uerò ſecundum ſtatutum loci do-
micilij,in quo bona habuit,& deceſſit ex præmi-
ſis infertur,dicendum eſſe, ꝙ ei ſuccedendum ſit
ſecundum ſtatutum domicilij, in quo deceſſit, &
habuit bona,non autem loci ſimplicis originis per
prædicta,& per not.per Saly. in d.l.in ult. col.ſi eius
uerba rectè conſiderentur. Et ita ex his concluden
dum exiſtimo dictam domina Tarſiam unà cum
ſuis fratribus maſculis ad ſucceſſionem bonorum
maternorum uocari. Laus Deo.